



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXII. Cur nostra bona opera non possunt esse iustitia, vel pars
aliqua iustitiæ, coram Deo?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

dom, & non ex vobis, Dei enim donum est: Non ex operibus, ne quis gloriatur.

b Ro. 3. 24. 25. Iustificati gratis per gratiam ipsius &c. Rom. 4. 6. vide supra.

a b Resp. Principaliter gratis: accidenter, etiam meritorie quoad nos.

c Rom. 3. 22. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio Hebr. 11. 7. Fide Noe responso accepto de ijs qua adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus sue, per quam damnavit mundum: & iustitia, qua per fidem est, heres est institutus. Romano. 4. 3. Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Philip. 3. 9. Inveniat in illo, non habens meam iustitiam qua ex lege est, sed aliam, qua ex fide est Christi Iesu, qua ex Deo est iustitia in fide.

c Resp. Per fidem; sed non solam, et si prae-
cipue iustificamur.

b Philip. 3. 12. 13. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Isa. 64. 6. Facti sumus, ut immundus, omnes nos & quasi pannus menstruatus, uniuerse iustitiae nostrae: & cecidimus quasi solum uniuersi; & iniquitates nostrae quasi ventus, abstulerunt nos.

b Resp. Nimirum respectiue ad Dei perfectionem & iustitiam infinitam; non sit a finita, quasi nihili est: at in se attendita, est aliqua.

QVÆSTIO LXIII.

Quomodo bona opera nostra † aliquid promerentur, cum Deus & in presentia † nihil & in futura vita mercedem pro his se daturum promittat?

RESP. Merces ea non datur ex merito^a, principaliter, nisi de congruo: sed ex gratia^b de condigno Christi sic meriti.

a Luc. 17. 10. Rom. 11. 35. 36. b Pl. 103. 13.

a Luc. 17. 10. Cum feceritis omnia, que precepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Ro. 11. 35. Quis dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria.

a Resp. Quia tam acquisitæ, quam infusa gratiæ, sunt ex Deo per Christum: Ex nobis n. solis perditio est. Ideo, vt sequitur. b Pl. 102. 13. Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

QVÆSTIO LXIV.

An autem Luthero-Caluinistica doctrina non reddat homines securos & profanos?

Rt 3

RE-

DOMINICA XXIV.

QVÆSTIO LXII.

Cur nostra bona opera non possunt esse iustitia, vel pars aliqua iustitiæ, coram Deo?

RESP. Propterea quod oporteat eam iustitiam, qua in iudicio Dei consistat, perfectè absolutam esse, & omni ex parte diuinæ legi congruentem^a; quæ humanitus possibile in Christo: nostra vero etiam præstantissima quæque opera, et si in hac vita sint pleraque imperfecta, atque adeo subinde peccatis inquinata^b; Christi tamen gratia efficit ea digna celo.

a In q. 4. & 10. b Phil. 3. 12. 13. Esa. 64. 6.